



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 6. Petrus Malclericus Britanniæ Dux.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

de ejus coniunctione gaudium significat. Sæcul. XIII.  
At Patriarcha solo Tartarorum metu hoc A. C. 1237.  
ceperat consilium. Conversus ad Mu-  
sulmannos cæterosque, a quibus spera- *Matth. Par.*  
bat auxilium, cum nullum obtinuisse *p. 372.*  
ad Christianos confugit, qui reapse prom-  
ptam ei opem tulere. Periculo defun-  
ctum suæ sectæ potentissimi permove-  
runt, ut ab Ecclesia Romana deficeret.

### §. VI.

#### Petrus Malclericus Britanniae Dux.

Sub hoc tempus Papa Gregorius Pe-  
trum \* Drocensem, priorem Britan- \* de Dreux  
niæ Ducem, ut sibi a consiliis esset, ad se  
vocavit, multis magnopere mirantibus,  
illum negotia sua difficillima Principi plu-  
rium proditionum infamia notato crede-  
re. Petrus Drocensis Brenius \*\* a Rege \*\* de Braine  
Franciæ Ludovico Crasso genus ducens, *Matth. Par.*  
in juventute sua diuturnam litteris ope- *p. 369.*  
ram Parisiis dederat, ad statum Ecclesia-  
sticum destinatus: sed hoc omisso mili-  
tiam secutus, cum sago Malclericu \*\*\* co- \*\*\* Mauclerc  
gnomen induit. Hæredem Britanniæ  
conjugem nactus, ejus Dux evasit an.

1214, eamque annis tribus & viginti re- *Lobineau*  
xit: at saepe contra Francorum Regem, *hist. Brit.*  
Dominum suum arma cepit, ac foedera *lib. 6. n. 100.*  
cum Angliæ Rege juncta rupit. Præ-  
*n. 96.*

Sæcul. XIII. terea continuas fere cum Episcopis &  
A.C. 1237. Clero provinciæ suæ controversias ha-

Lib. 7. n. 12. buit. Anno 1217 Episcopus & Canoni-

ci Nannetenenses ejus vexationes ac vio-  
lentas injurias Papæ Honorio conquesti  
sunt; & anathema contra eundem ab E-  
piscopo pronunciatum Archiepiscopus  
Turonensis ratum habuit. Nullo censu-  
ras fructu sequente, cum Episcopus que-  
relas suas ad Regem Philippum Augu-  
stum anno 1220 detulisset, Dux cum illo  
paætiones fecit, sed non præstitit.

n. 26.

n. 52.

n. 84.

n. 119.

n. 129.

n. 137.

Etiam Episcopus Rhedonensis eum  
a piorum communione sejunxit, & illius  
sententiam Papa Gregorius IX approba-  
vit an. 1228. Denique postquam ii, quos  
Papa delegaverat, Ducis cum Episcopis  
controversias examinaverant, eum absolu-  
verunt certis conditionibus, quas vero  
non observavit. Itaque post quatuor an-  
nos ob querimonias Episcoporum Baro-  
numque Rex inquisitiones in eum institui-  
jussit, per quas patuit, eum haud semel  
illorum jura violasse. Sed anno 1237  
Joanni filio suo justam legitimamque æ-  
tatem ingresso Britauniam cessit, Petrum  
Brenium Equitem se dicere contentus.  
Hoc in statu erat, cum Summus Ponti-  
fex suos inter consiliarios eum retulit, vi-  
ri nobilitatem, fortitudinem, dexterita-  
tem ac experientiam militarem terra ma-  
riique acquisitam considerans. Huno  
proin

proin dignum censuit, cui Christianum Sæcul. XIII.  
exercitum contra ethnicos ducendum, A.C. 1237.  
ac ærarii alendis sacris militibus desti-  
nati dispensationem committeret.

## §. VII.

*Concilium Londinense.*

In Anglia concilium ab Ottone Legato  
convocatum Londini celebrabatur de-<sup>Id. p. 377.</sup>  
signato tempore, nimirum postridie octa-<sup>to. XI. Cont.</sup>  
vam S. Martini, seu 19 Novembris. Hoc  
primo die Legatus non comparuit, quia  
Præfules, quæ facienda proposuerat, de-  
creta expensuri, oraverant, ut de his in-  
ter se consultare sibi liceret, timentibus,  
ne quid ipsis noxium statueret. Hic ap-  
paret, quæ fuerit libertas horum con-  
ciliariorum, quibus Legati præsidebant,  
afferebantque decreta jam prorsus com-  
posita, quæ in eorum præsentia neim  
examinare audebat. Altero die, 20 Nov. <sup>20. Nov.</sup>  
in Cathedrale S. Pauli templum multo  
mane venit Legatus, cuius ad preces ibi  
Rex variis locis ducentos fere armatos  
abdiderat. Nam Legatus sibi haud pa-  
rum metuebat, quia contra possessores  
plurium beneficiorum, ac præsertim con-  
tra spurios extremo rigore usurus dice-  
batur. Illic multitudo hominum erat  
tanta, ut ille per eam ægre pervaderet. Ad  
summam primum aram progressus, lineo

S. 5

ibi